URBANUS

PAPA VIII

Ad perpetuam rei memoriam. Militantis Ecclesiae regimini, nullo licet meritorum suffragio, per abundantiam divinae gratiae praepositi, inter gravissimas multiplicesque Apostolicae servitutis curas, ad ea jugiter intendimus, per quae foelici Sanctimonialium, quae oblitae populum suum & domum patris sui, divini Numinis obsequiis se manciparunt,

regimini atque directioni opportunis rationibus consulitur, ac his quae propterea facta esse dignoscuntur, ut firma perpetuo & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, prout conspicimus salubriter in Domino expedire. Sane dilectae in Christo Filiae Moniales Congregationis Visitationis beatae Mariae Virginis, Ordinis sancti Augustini, Nobis nuper exponi fecerunt, quod alias bonae memoriae Franci-

scus Episcopus Gebennensis, pro prospero earumdem Monialium statu atque gubernio, de mandato foel. rec. Pauli Papae V. praedecessoris nostri infra scriptas Constitutiones fecit, tenoris subsequentis, videlicet.

CONSTITUCIONES
para las
HERMANAS RELIGIOSAS
DE LA VISITACIÓN

Del fin para que se instituyó esta Congregación.

Muchas doncellas y otras mujeres, por divina inspiración, aspiran con frecuencia á la vida religiosa, sin embargo de lo cual, ya por la flaqueza de su complexión, ya por hallarse debilitadas por la edad, ó ya